IVDICIVM

DOCTORIS IOANNIS A LVNA Medici Hispalensis de Discursu in mittendo Sanguine pro Pestilentibus inflãmationibus à parte his correspondenti, edito ab eruditissimo Philosopho, Medicoque.

Ad Lectorem candidum.

NIsi fallor licuit, semperq́, licebit (dum quod Appeles dixit: Ne sutor ultrà Crepidã professoribus quid de editis operibus sentiant, prelo committere. Vidimus hoc anno 1062. Discursus scripta, de venæ sectione, quæ in Pestilentibus tumoribus exercetur, hæc non contentionis æmulationisve gratia minus placent, immo quia nova, novisq́, innitantur fulcris, quod & Adagium prohibet consuetum, Vetera ut nova, Nova ut vetera docenda esse. Huic discursui videtur initium dedisse Petitio cujusdam eximii Philosophi, ac insignissimi Medici, qui inter confabulandum discursus Auctorem consuluit, extaret ne pro trita praxi alicujus antiqui Medici auctoritas, quod proemii vicem tenet, suamq́, sententiam stabiliens per sequentia verba sermone Hispanico, de quibus quid sentio, scribam, eam palestræ, litterariæ excellentiam esse, ut victori, victoque utilitas non spernenda accedat, agnoscens. Vale.

¶ Interrogatus, jam sic incipit rationem, qua motus ad scribẽdum, animum appulit, reddere.

LOS dias passados en conversacion hizo V. M. vna pregunta acerca de las Sangrias, que la comun pratica haze dela mesma parte en los Bubones, y Carbunculos Pestilentes; y aunque la duda es tan grave, y movida de quiẽ no menos lo es, quise responder a ella, por cumplir mi palabra, y por exercitarme en armas, que son proprias mias, y sacar en limpio la verdad, por cuyo desseo me e puesto en este trabajo, y obligado a V. M. a que me diga su parecer, el qual sera muy conforme a ella. La pregunta es la siguiente. Los Praticos, que de cien años a esta parte an escrito cosas tocantes a la Peste, todos concuerdan, y enseñan, que en los Bubones Pestilentes, y Carbuncos se an de hazer todas las Sãgrias dela misma parte, q̃ corresponde a el Bubon; Pide auctoridad de Medico Antiguo, qual Hipp. Gal. Avic. Averr. Ras. Areteo. Trall. Aetio. Gentil. Porque los Modernos, que an introduzido este modo de curar, se an olvidado dela Revulsion, &c. Hæc interrogans. Proposi tio I.

Sic verò interrogatus vim addit difficultati. *Y Hippocrates, que hizo excepciones primero de los Aphorismos diziendo;* Concocta medicari, *y añadio;* nisi turgeant, *y luego pone excepcion diziendo;* Exceptis iis, quibus sanguis fluit, aut fluxurus est. *Fuera muy conforme a razon, que vn tan gran Doctor, y tan diligente Maestro no se olvidara, de dezir, que la Revulsion tiene su lugar en el principio delas inflãmaciones, y corrimientos, excepto en los Bubones, y Carbuncos Pestilentes, siendo doctrina tan importante para la curacion dellos.*

In ipso operis vestibulo audax admittitur facinus, dum bonorum omnium parentem Hippocratẽ diminutum arguit, quid enim majus expectari potest? quem quia millies expurgavit [a] Galenus, jam veteranum militem advertisse par erat, ait enim sic; Sed cum fieri non possit, ut unus homo, & convenientem methodum, & singularia, quæ in ea sunt omnia, edoceat, nec ideo ab Hippocrate singularia te auditurum omnia existimaveris, hæc Galenus; ego verò ex eodẽ [b] sic solverẽ. Nullum autẽ peculiarẽ de Peste confecit librum Hippocrates, quoniã ex Epidemiis unum esse illam, per libros Epidemiorum demonstravit, hactenus Galenus. Vnde infertur, quod fecundissimus ille, ac gravissimus vir, nullas methodos universales Pestis medelæ dedicavit, nec traddere tenebatur, ut postea in Revulsionis regulis.

a 1. acut. 44. C.

b 1. acut. 8. C.

Tampoco Galeno tratò desta materia de sangrar. Post accedit ad Galenum, asseritque, in libris methodi ex professo egisse de Carbunculo Pestilenti, vel id dicit, quia ibi meminit Galenus eorum, qui per Asiam populatim sunt grassati, idq; nihil concludere credo, siquidem pluribus in locis Pestis [c] meminit, profluvji Pestilentis, pustularum, exanthematumque nusquam tamen medetur, ut cõmunis tenet opinio; vel id intelligitur, quia ipsos Carbunculos malignitatẽ habere, refert ipso capite. Namq; omnibus malignitatem cõmunem fatetur [d] Galenus per hæc verba. Carbunculorum affectus perpetuo periculosus est, nam ex vitiosis constat humoribus, quare nunc erat verisimile, fuisse pernitiosissimum, cum, qui ultrà nativam malignitatem, etiam quam status afferebat, adjunctam haberet; hæc Galenus, dum verò 2

c 5. Meth. c. 11. 4. Aph. 21. Secund. Luc. c. ...

d 3. Epid. 3. c. narr. 12.

A esse

esse ita sicut existimat, non probat, Galenum egisse de Pestilenti, mihi persuadeo, cùm quod promisserit tractatum de Pestilentibus febribus, quas concomitantur Carbones, per hæc verba. Verum de colliquantibus febribus differere in posterum licebit, æque ut de his hecticis febribus, quę in Pestilétiis cõtingunt, cujusmodi ea est, quæ nunc públicè grassatur, dicetur namque & de hac inter Pestilentes febres; hæc Galenus. e Tum colligitur, quia de Carbunculi curatione agens ait; Atqui nec is affluere permittendus est, quæ verba quid aliud continent, quàm non trahendum humorem ad partem, cujus oppositum hodie exercetur: imò & Galenus scarificatione utitur, quæ nunquã non attractionis est causa.

10. Meth. ad finem.

e 14. Meth. c. 10.

3 *Contentarme e con tres, o quatro, donde enseña Galeno, que de sentencia de Hippocrates, y suya*; Reliquum est, ut quid sentiẽdum de locis Hippocratis, ac Galeni dicamus, ac breviter illa omnia nec prædictos auctores attingunt, tãtum absunt, ut onerent, Hippocrates enim poti⁹ mala futura præcavet, his in locis, quã præsentibus medeatur, & si præsentibus securis, quæ sic sonant, sic interpretantur, quam etiam admittit f Galenus §. vacuationẽ verè ineunte, ubi ait; Comitialibus verò morbis, vertiginibusque obnoxios potiùs ex cruribus. Nec verò tollerari potest, quod in Hippocrate exigebat, ut inter indicationes fluxionis, & inflammationis Bubones, & Carbunculos Pestiferos exciperet, nam ut ex proximè dictis cõstat, in securis revulsione utuntur, quales fluxiones solent esse; at phlegmones talis est doctrina. Phlegmones verò (g inquit) quę in generatione adhuc est, duplex indicatio est, veluti in reliquis morbis omnibus, quicumque in gignendo adhuc sunt, nec dum absolutionem sunt nacti, h ostendimus; Nam quod eorum generatum jam est, id Medicinæ artis parti, quæ morbns præcavet, subjicitur: quòd in generatione adhuc est, parti, quæ futurum morbum præcavet, atque idcirco diximus, non simplicem, sed cõpositam esse totam de iis ægritudinibus, quæ in generatione adhuc sunt, medentis solicitudinem, ex ea scilicet, quę providet, & ea, quæ curat; hactenus Galenus. Cujus placita, si sint vera, manifestè patet, indignè eum, Hippocratemque damnatos, eo magis, quod adversus non auditam partem ferre sententiam, leges non sustinent.

f De Phlebot. cap. 19.

g 13. Meth. c. 2.

h 11. Meth. c. 2. & aliis.

4 *Es menester, suponer algunos fundamentos; Lo primero supongo, que como este humor venenoso, y pestilente de su propria naturaleza es de tanta malignidad, que pretende derechamente destruirnos, camina, y buela como saeta a las partes principales, o lo que es mas cierto, a el coraçon.*

Vt hoc primum fundamentum expugnetur à longè petito principio, quomodo generetur febris pestilẽs ex probatissimis Auctoribus adducã, circa quod primum i Hippocrates. Cum multi homines uno corripiuntur morbo, tempore eodem, id in causa esse arbitrandum, quod communissimum sit, quoque omnes utimur, id verò est, quo respirando attrahimus. Eandem sententiam sequitur k Galenus, dum dicat; In pestilẽti verò aeris statu inspiratio plurimum est causa, & inferius, at quia humores corporum ex victus pravitate erant putredini obnoxii; hinc febribus pestilentibus data est origo, paulòque post, sic & cum aeris temperatura à naturali caliditate, atque humiditate immodicè fuerit conversa, pestilẽtes quidẽ oriri morbos, est necessarium; denique ait. Cùm enim corporum dispositiones dissimiles sint, ac multiformes, quædam facilè alterantur, ac patiuntur à causa in ipsis operante, quædam impassibiles omnino existunt, quędam verò cum difficultate patiuntur; hęc Hippocratis. Interpres l Galeni verò Avicena sic est complexus; Et quando faciunt necessario virtutes agentes cœlestes, & virtutes patientes terrestres humectationem vehementem aeri, & expelluntur vapores, & fumi ad ipsum, & sparguntur in ipso, & putrefaciunt ipsum cum caliditate debili; & quando fit aer secundum hunc modum, venit ad cor, quare corrumpit complexionẽ spiritus, & putrefit, quod circumdat ipsum ex humiditate, & fit caliditas egressa a natura, & spargitur tunc in corpore causa fluxibilitatis suæ, & fit febris Pestilentialis, hactenus Avicena, qui cum omnibus aliis generationem Pestilentiæ depingens, à corde in totum corpus communicari putredinosum calorẽ, non vice versa testatur, ut sæpe repetit, nunquã verò probat.

i 2. de natura. §. tx. 3.

K 1. de diff febr. c. 7.

l 14. tract. 4. c. 1.

5 Nec verò quem citat Valetius, contrarium nostræ sententiæ docet, ait enim; Venenati id genus virus vitalem primùm spiritum (ut solet venenum omne sua gemina proprietate cor vitæ fontem, & domicilium petere) invadit, tum verò in universa viscera, totamque corporis molem dispergitur; hęc, quẽ pro sua parte adduxit Valetius, quæ nihil aliud continent, quàm quid mutuatum *ex aliis definitionibus*, exquibus dicendisque postea, diruitur fundamentum primum; quare ad secundum jam accedamus.

Super Oleriũ de Peste.

6 *Supongo lo segundo, que los modos de Revulsion, de que vsamos, los invento el Arte a imitacion de Naturaleza, Por lo qual dixo Hippocrates, que ella estimulada, forçada enseña a los doctos, lo que an de hazer, &c.*

Vt hoc legitur apud m Iaquinum, poterit & ab aliis dictum esse; cùm verò revulsio opus intellectus videatur, providentiam tamen istã naturæ denegemus, sub judice lis est. Natura certè evacuat per cõvenientes regiones, quarum cathalogum docet n Galenus; Si autem non, indigebit artifice, cujus verè opera sunt Revulsio, & Derivatio. Vtcumque tamen res habeat, nulli dubium, quod si Revellat, non in eandem partem trahendo humorem, ut ex proprio Marte astruere intendit; sed in oppositam sicuti ex Hippocrate, & Galeno multipliciter probat, ac proinde multoties in se peccat; Tandẽ si o mulieri sanguinem vomenti menstruis erumpentibus solutio accidit ob Revulsionem, quomodo nobis persuadere nititur, si menstruã plura fiant, sanguinis missionẽ extalo esse Revulsionem; de qua postea.

m 9. Alim. c. 3.

n 1. Aph. c. 21.

o 5. Aph. 32.

7 *Y no ay para que, parezca duro, que yo llame Revulsion a la Expulsion de el humor venenoso, que la naturaleza haze detras las orejas, pues aqui se ve vna de las opposiciones, que Galeno pide para la Revulsion, que es de las partes interiores a las exteriores, &c.*

Anteaquam accedam ad probandum, hanc evacuationem nec posse dici, nec esse Revulsionem, utilissimum duxi, brevem quandam, & ingenio Leonardi p Iaquini dignã harum specierum Averhonis relectiunculam præmittere. Igitur (inquit) tam Derivatio, quàm Revulsio, si vim vocis spectetis, ipsos humores defluentes respiciunt, revelli enim dicuntur, quæ alio tendunt, quoties recta coguntur retrocedere, id est eadem, qua incedebant via; sunt igitur in motu. Derivare verò idem est, ac si rivos deducere,

p 9. Alm. c. 3. de cura Phlegmonosæ lassitudinis.

cere, ut à fonte rivulus aliquis oriatur; si quis rursus in fontem remeare cogeret, fluxum ejus proprie revellere diceretur; quod si ab eodem fonte rivulum alium deduceremus, hoc esset derivatio, atque hi duo modi sunt, quibus à fluxione tentatam partem defendimus, è quibus prior in contraria, id est fluxionis originem, id est versus fontem humorem retrahit; posterior vero fluxionem in aliam partem deducit; hæc Iaquin⁹. Auctor discursus peccat imprimis, quia terminis usitatis, ac ab omnib⁹ acceptis ſtadū erat, quod Divinus q ille Plato voluit. Iam nomen (docens) esse instrumētum rerum substātias docendi, discernendique, atque è Socratis sententia, non cujusque viri est, Hermogenes nomen imponere, verùm cujusdam nominis Auctoris; hic autem ut videtur nominum institutor, qui rarior omni artifice inter homines reperitur, gravius verò si quæ hanc opinionem inconvenientia sequuntur, consideret; Primum namque r Revulsionis descriptio destruitur, quæ est humorum vehementer fluentium, in partē omnino contrariam attractio, sed per hanc sententiam in eandem partē attrahuntur; ergo. Secundum, quia & si esset Revulsio, adversus Hippocratem citatum illa utitur; ait etenim maximus hic vir: Revellere, si quo non oportet, vergat, &c. Sed vergit, quo oportet; igitur. Tertium, quia si ob id solum esset Revulsio, quia movet humorem ab interioribus ad exteriora, sequeretur, quamcumque, vel omnē sanguinis missionem ex quacumque vena, & parte fiat, esse Revulsionem; sequella patet, quia quæcumque sanguinis missio ad exteriora attrahit (nihil enim magis est in ore Medicorum, quàm venæ sectionem humores trahere à centro ad circumferentiam: Purgationes verò, & Clysteria contra) asserere tamen, omnem sanguinis missionem esse Revulsionem, adversus omnium Medicorum esset sensum, quin immo suam vocem ignoraret; ergo. Quarto facit Revulsionem a termino ad quem, cùm hoc paradoxum sit, ac ex termino à quo omnes exerceant, prius sanè tempus deficiat, quâm inconveniētia possint enumerari, quam ob rem pro innumeris hæc sufficiant.

q Dialog Cratillus appellatur.

r De revulsione.

ſ 6. Epid. 2. 29.

Otras vezes derivando, como quando los excrementos dela cabeça purgā por el paladar, &c. 8

Expungendæ sunt dictiones hæ (per ᵗ derivationem expurgat) nec leguntur in Leoniceni, aliisque exemplaribus, sed quorsum scribantur, si passim idem ᵛ Auctor, Gargareonem, Palatum, Nares, & Aures cerebri emunctoria fatetur, cur magis Natura derivabit per unam, quam per aliam partem?

t 3. Aph. c 24.
v 2. ad Gl. c 2.
7. Meth. c. ulti.

Otras simplemente vacuando, &c.

Quantum existimo, semper simpliciter evacuat Natura, neq; enim ut superius dixi, providētiā habet, multoq; minùs in morbis cum victa jaceat, poterit tamē contingere, ut à Medico adjuta, impetúque adversus morbificam causam magna ex parte ˣ demptam, concitato; humores morbi auctores ab interioribus ad exteriora, à principibus ad minus principes transmittat partes, vel oppressa contrarium patiatur, in quam sententiam bonus ille ʸ senex dicebat; Acutorum morborum, &c. 9

Legendus tamē ᶻ Brassavolus ubi ex Philothei sentētia refert, quę etiā Iacotius, ubi nulla facta mētione Revulsionis, nec Derivationis naturalis, cōstituit discrimē inter Metadosim, & Metastasim, in hac enim tota pars materiæ abscedit, in illa pars tātùm trāsfertur à corpore, & parte nobiliori in ignobiliorē.

x 11. Meth. 15.
y 2. Aph. 19.
z 2. Aph. 15. c. 2. in coa. sect. 2. c. 56.

De lo dicho saco vn argumento, q̄ a mi parecer es demonstracion, Galeno manda, q̄ los humores, q̄ conocieremos, correr a las partes principales, los divertamus, y arrojemos a las viles; Este humor venenoso conocemos, que va y buela a las principales, luego se a de divertir dellas segun Galeno. 10

Superiùs dixi, & iterum dicam, sicuti nunc, nullam esse minori propositionis vim, quęque probatione indigeret, cum tamen sua fallacia hic discursus tantum concludit, faciendam esse Aversionem, quæ cum multis aliis mediis possit præstari, Purgatione videlicet cucurbitulis, aliisque ingeniis, nil magis concludit demonstratio, quàm qui inferre voluerit, est animal, ergo est homo. At cum differentia causæ cōtrahat genus ad esse huic, vel illi speciei Aversionis, aliam ego aggrediar ratiocinationem, ut videat lector, judicetque, quid meliùs sequatur, sic igitur. Humores, quos cognoverimus, ferri in partes principes, sunt statim expurgandi, sed per te tales sunt Pestilentes, ergo sunt expurgandi. Discursus legitimus est, majorem docet ᵃ Galenus dicens, Aut ad aliquod membrum principale decumbant ii, qui per corpus vagantur humores: Minor verò à discursus Auctore statuitur dicente; Humorem mobilem ferri in partes principes, evolare, currere, iter agere, velocē esse venenosum. ergo. Consequētia est evidēs, sic enim ab Idea causæ Caccochimia videlicet nō qualicumque, sed putridissimi, ac calidissimi per te humoris, cōtrahēda est Aversio ad speciē evacuationis, videlicet expurgationē; ergo nō sequitur intētum.

a 4. Aph. 10. et

Y diviertese prosiguiendo el mismo movimiento de Naturaleza, y por las mismas vias, que ella lo començo. 11

Si ut credo, nomine Diversionis intelligat Aversionem, motus naturę Aversione per easdem vias (impossibilis est) imitariq; nō potest, hocque mihi est intelligibile; tum ex proximè dicta Iaquini doctrina, tum ex natura Aversionis inferiùs dicenda: Si autem aliud nomine Diversionis intelligat, inaudita mihi est hæç vox, atque multùm similis novæ in eandem partem Revulsioni.

Y esta es la razon, porque quando con la Fiebre Pestilente no se descubre Landre, ni Carbunco, y ay señales de Plenitud, mandan algunos, sangrar de el tovillo, para evacuar la Redundācia, y juntamēte reveler, y divertir el humor de las partes principales a las mas remotas. 12

Balantium more ii Auctores moventur, â quibus approbatur; breviter scitabor, nō apparente Bubone sit apparatus morbosus, vel plenitudo circa cor, hujusque confines, ego revellerem, evacuaremq; ex brachio, citra alterius partis principis damnum, accedat aliquis fautor hujus ad longinqua Revulsionis à partibus principibus, scindatque tali venas, nonne hic trahet humorē circa jecur, velit, nolit. Sed missos faciamus non advertentes b Hippocratis consilium semper Medico, maximè Christolæ ob oculos habendum; Te ad hoc exerceto, morbis ut prosis, non noceas. Nec silentio involvam præcautionē Pestis, siquidem Galenus pro demenda phlegmonosa lassitudine inquirit, ubi talis plenitudo, & gravitas cōmoretur, sic enim iis medetur. Porro æstimare diligenter oportet, qui sanguinem sunt missuri in thorace ne dorso, ac lumbis tensio, pulsansque dolor figatur: aut in capite potius, & collo, his enim affectis humeralem venam, incides maximè, si repletum caput, & calidum sentiunt, illis verò internā; si

b 1. Epid. p. 2. tx. 50.
4 sanit. tuend. c. 10.

verò omnino lassitudo æqualiter corpus occupat, ambarum mediam.

13 *A los quales favorece, lo que dize Galeno de muchos, que en aquella gran Pestilencia de Asia sangrandose de el tovillo se libraron.*

Adducebam nuper solidam Galeni doctrinam, qua ejus volumina scatent, his adde indicationem à situ, de qua inferius. Vltimo Morbus ocissimè interimit, cor præsentaneo indiget auxilio, evacuatoria sanguinis missione, quorsùm ex longinquis Revulsio?

14 *Todos llevan vn mesmo intento.*

c De phebot. cap. 1 Quomodo poterit servari eadem intentio a discordantibus in venis? hic tota de venarum sectione ars corruit.

15 *Yo me aprovecho de ambas opiniones.*

Laudanda profectò solertia, qua ductus, motus naturæ ab hoc Auctore animadvertuntur, at unicus casus, in quo cõmittitur error, cùm homicidii possit esse causa, assignare oportebat conjecturas, quibus ducebatur, istud tamen augurium timendum judico, nec immeritò, cùm in quantumvis communi morbo possit major portio humoris esse hui in jecore, illi in corde, alteri in cerebro, quibusdam in pluribus partibus, quorum unusquisque distinctam expostulat (quam nimiis timemus, exquisitèque metimur) venarum sectionem.

16 *De aqui se sigue, quam vanamente procuran algunos, introduzir vn nuevo modo de sangrar nunca oydo, ni enseñado de ningun Doctor antiguo; Que es, saliendo el Carbunco en medio de el pecho mandar, que se sangre el enfermo de ambos braços a la par.*

Ex quibus præmissis obsecro? talis enim colligendi modus me fugit, vel dãnatur, quia simul, vel quia ex utroque. Si ob hoc inquiro, Primum, nonne in febribus, quæ sine membri passione fiunt alternatim, utriusque brachii venas incidemus? cur hic non eodẽ modo. Secundo, si non ob aliud Carbunculo dextram occupante partem, dextra venas secat, & sinistras, quia sinistram, dicat quid obstet, quo minus medium pectus occupante Carbunculo, utriusque lateris venæ secentur, docente Philosophorum d maximo, medium id dici, quod ab utroque extremo æquè distat; utrique ergo contrarium erit, dicente e eodem, contraria cõtrariis pugnare, extrema verò mediis, & sibi, medium enim est utrumlibet, ad utrũ libet; ergo non est major ratio unius, quàm alterius partis. Si verò quia simul (qua eadem censura improbat duas simul ex uno latere) huic earum Auctores dicent, tantùm simul, & semel è duobus locis, quantùm simul ex uno ipse improbatur, educeret, iis verò quid respondeat, habebit minus; judicarem tamen potiùs proposito individuo hoc discutiẽdum, quàm temerè damnãdum, vel approbãdum.

d 2. Eth. c. 2.
e 2. Mor. ad Eud. c. 5.

17 *Porque preguntando primero a el enfermo, qual le duele mas, basta sangrar de la parte, que mas doliere, poniendo vna ventosa seca en la que doliere menos.*

Hic, parti magis dolenti sanguine misso fert opem, ego tamen inter Bubones urgentiorem agnosco illum, qui cor affectum esse indicat, obliviscitur cordis, cum timet, ne occupetur à venenoso humore, occupatum jam non curat, immo contra; quia occupatum sic curare oportebat, ne occuparetur. prævenire decet: hoc enim ex Hippocrate, f & Galeno habemus. Quanto itaque excellitur hepar v. g. à corde, sic magis hujus, quàm illius pertimescendus tumor. Præterea quamvis ob dolorẽ mittatur sanguis, ita potest esse intensus, ut copiosam prohibeat phlegbotomiam g Galenus. Parcam etiam Medicus attentus, ex h eodem si suadente; At si ex dolore vires resolvantur, atque eo periculum impendet, & mitigari dolor, & roborari vires debebant, quo & morbo resistere, & curationis spatio sufficere valeant, quod iterum in malo, ut dicebam, morbo huic simili, nobis prædixit i Galenus, dum ob intensum dolorem à remediis in partem attrahentibus (equorum numero isthæc est venæ sectio) abstinendum sic suadet. At verò cùm vehementi impetu fluxus illabitur, nihil nos curiosius agentes, omnia naturæ permittimus, sive enim cucurbitam, sive aliud pharmacum, humores ex alto ad cutem attrahens admoverimus, vehemens dolor hominem apprehendit, unde & vigiliæ fiunt, & febres succedunt, ac vires exolvuntur, mitigare itaque tunc, & non humorum influxui opitulari oportet per cataplasmatum maximè lenientium usum; hæc Galenus. Ad cujus mentem non rectè ex doloribus sanguinis mittẽdi discrimen decernitur;

f 6 Epid. c. 3. tx 40. Gal. de phlec. 6 c. 8.
g 1. ad Gal. 14. cap. 1
h 12. Meth. c. 1.
i 3. secund. L. c. 2.

18 *Pero si el humor, que corre, a adquirido naturaleza de veneno (lo qual se conocera por sus accidentes) a se de entender, que siempre tira, y acude a las partes principales.*

Laborat in æquivoco, Nam in venenis haustis, & in corporibus nostris genitis, in demorsis à cane rabido, â bestia virulẽta cęsis, punctisve, in quibus è parte ista distribuitur veneni vis celeriter, ex qua in aliam, donec ad partium principum aliquam pervenerit, id admittit k Galenus; at contrarium patet ex eodem in pestilentis febris generatione.

k 3. de loc. aff. c. 7.

Quod si dicat, ex foco putredinis ferri fuligines in cor, dico, non magis id evenire in pestilẽtibus, ut supponit; sed in omnibus febribus. Quod l Galenus docuit per hæc verba; In putredine autem humorum, quæ fit in vasis magnis, aut visceribus quidam veluti fumus ex putrescentibus humoribus ad cordis ventriculos tendit.

l 1. de diff. feb. c. 7.

19 *Los humores viciosos, que ordinariamente corren, no dañan.*

Quod verò vult, humores alios à pestilentibus partibus præcipuis nõ nocere, oblitus est loci à se adducti, in quo ex Galeno ait; Satius enim est, ut humores pravi relictis principalioribus partibus in ignobiliores ferantur, quàm quod ab ignobilioribus, &c. Sed in Aphorismi illius Commentario, cujus sæpius meminit, ait m Galenus; Non tamen qui ad pulmonem thoracem, & cor motus est bonus.

m 1. Aph. c. 21.

20 *En el Minero, que llamamos focus putredinis, &c.*

n 11. Meth. penult. Quod si focus putredinis in pestilentibus cor sine cõtroversia omnes Medici admittunt Auctor verò discursus videtur, jecur in isto Bubone assignare; hoc tamen omisso n Galenus putredinis foco hæc ascribit,

ricbit; Quippe particula quàm obstructio, aut putredo, aut phlegmone obsedit, febris ipsius veluti focus quidam existit, at in jecoris inflammatione idem [o] Auctor sic se gerit. Ergo pariter tum revellẽdus, tum educendus, qui ad jecur fluit sanguis interna in dexro Cubito insecta vena; hactenus Galenus. Ergo pro Revulsione à jecore tali venas non portet secare.

o 13. Meth. c. 6.

Y aunque diga Horacio Augenio, que Reveler, y Evacuar, es Derivar, &c. 21

Non probat Augenium; quod Derivationem mixtum quoddam vellit esse ex evacuatione Revulsioneq; hoc idem tenet omnis Medicorum Schola, immo & discursus Auctor pagina sequenti palinodiam recantat, dum idem quod Augenius appellat Derivationem, videlicet Revulsionem, & Evacuationem, ipse Derivando incepisse Galenum, testatur, dum dicat; *Hippócrates comeuço derivando desde luego:* Ergo nec ipse audiendus est. Non est ergo, cur ipsum augenium neget, multoque minus quia ex hoc, ut crédit, sequitur absurdum, scilicet eam purgationem esse derivatoriam; hoc tamen salva pace absurdum non est, nisi absurdam demus [p] Hippocratis doctrinam, ubi purgationi tot usus, quot sanguinis missio habet, tribuisse est visus, quę [q] Galenus amplexus est. Præterea si hic [r] ex Archigenis sententia laudavit evacuationem per clysterem acrem non solum ob evacuationem eorum, quæ continentur in intestinis, sed etiam ob Revulsionem eorum, quæ ad caput feruntur, quid mirum si expurgatio, quæ propriùs caput accedit ab ipso derivetur.

p Lib. de ulcerib. initio.
q 4 Meth c.6.
r Secũd. L. c. 1.

Y si no quisieremos, darle nombre de Revulsion, llamemosle Derivacion, &c. 22

Huc cum removelisq; lassus pervenerit oleum, operamque ludens, ut dici solet, quàm laboverat esse Revulsionem, appellari vult, patitique Derivationem, in quo gravissimè peccat; Cùm enim Aversio genus ex [s] Galeno fit ad Derivationem, Revulsionemque. Hæque sint differentiæ, quæ ex bona Logica divisum æque debent participare, ac inter se specie differe, non minus peccat, qui Revulsionem appelat Derivationem, quàm qui hominem brutum, vel contra.

s 5. Meth. c. 3.

Vna de las razones, que da Hippecrates, porque no conviene, purgar al principio es; porque no se evacua el humor de la parte inflamada. 23

Celeberrimam adducit [t] Hippocrates (si liber ille Hippocratis est) sententiam, qua docet purgantia initio inflammationum à parte inflammata nihil adimere, obiter advertat, vellem, quod si penè intus aspiciatur, penitus defendi (quod apud nullum auctorem legi) haud quaquam potest. Non enim solùm initio inflammationum pharmacha à parte nihil adimunt, sed nec sequentibus temporibus, cujus veritatis sint testimonium Medicamenta Errhina, & apophlegmatismata, pro capitis morbis, ac pro aliarum partium localia, cucurbitulæque reliquiis abscindendis, atque idcirco non in principiis, sed in declinatione iis utimur, quid responderi possit, pro suo eximio ingenio videbit.

t Auctor 4. acut. tx. 21.

Y esso mesmo se puede dezir de la Revulsion, pues por ella se retrae el humor, q̃ va corriendo, y no el q̃ esta ya en la (parte. 24

Hic jam agit in Revulsionem pro Derivatione, quid sit tenendum, non est certum, certum tamen est, [u] docuisse Platonem, quæ sequuntur; constat plane, idem contraria facere, seu pati secundùm idem, & ad idem simul non posse, unde ejus discipulus Ar. dicebat; Idem eodem eodem modo se habeus, semper aptum est, facere idem.

u 4. Dial. de Iusto.

Pues este humor por su crassitud, y malignidad resiste tanto, como dize Galeno, que aun con repelentes no lo quiere, divertir en el Carbunculo. 25

Quod de Carbunculo tantùm testatur [x] Galenus, invito eo ampliat ad alias pestiferi morbi causas, vel species; quod advertet, si inspiciat humores redundantes in pestilenti constitutione, ut plurimum esse tenuissimos, hujus rei testis est [y] Hippocrates, dum dicat; Alvus, hisplerisque turbata erat, atque dejectiones exudas excernebant, & multas, & tenues. Quod etiam hystoria [z] cujusdam phrenetici confirmat sic scribens; Phreneticus primo quo decubit die virulenta vomuit multa, & tenua; præterea sicut caloris effectus est naturalis, unire: ita putredinalis est, dissolvere, [a] Ar. teste. Tandem [b] Fernelius acutissimus (pro quo stat experientia, cui credendum) astruit, hoc inter alia signo corruptum sanguinẽ à phlebotomo eductum discerni, si lenis compage, unde mos est hodie paxilo, vel aliquo non acuto instrumento illum attingere, quod videamus scilicet, an resistat, an verò dissolvatur, quod nil aliud est, quàm tenuem, vel friavilem esse, quorsum ergo, aut quibus rationibus probat?

x 14. Meth. c. 20.
y 3. Epid. 3 tx. 40 & aliis.
z Eadẽ parte ægroto. 4.
a 4. Metheor.
b 2 Meth. c. 17 Ho. Aug. lib. 9 c. 24.

Quanto mas razon se a de vsar esta doctrina en vn mal, que es tanto mas agudo, quanto es peor, y mas pernicioso el humor, que lo causa, &c. 26

Quamvis elapso anno contenderim probare, Hippocratem, Galenumque misisse sanguinem in pestilentibus putridis, neque modo eo inficias, judico tamen id moderatè faciendum, quod repeto propter quosdam, in quos retorqueri potest illud [c] Horatii carmen; *Non missura cutim, nisi plena cruoris hirudo.* Credo tamen, non quòd sit summè, ut vult, malignus; id enim potiùs nos dissuadet, ut ex [d] Galeno colligo dicẽte: Sed enim morbo maximo nõ erat sanguinis vacuatio, discutiẽdo. Quod etsi de judicatorio referatur, cùm Medicus naturæ sit minister, ad nostrum usum redigere oportet, quæ enim ab Auctoribus docẽtur, nõ ita faciẽda nimiis, ut prævia, maximè si liceat vice versa dicere; Difficilia, quę pulchra.

c Artis Poetę. fine.
d 3 Epid. 3. ægri 12. cõm.

Y si en la Epilepsia causada de vn vaporcito, q̃ a manera de ayre frio subtil va subiendo de el pie a la cabeça, son aprobados los remedios, con q̃ se procura consumir, y detener este vapor, q̃ no suba, aplicados enel mesmo pie, &c. 27

Morbo comitiali alia instituitur [e] præcautoria evacuatio, ut superius est dictum; alia verò curatio cum paroxismo corripiuntur, in qua non modo quia jam aliquid receptum est in parte, accedere cogitur ad caput remediis adhibendis, [f] verum etiam ne in Apoplexiam, vel Maniam transeat; docet enim [g] Galenus: Cronici morbi, quem asthma appellant acutos paraxismos, quemadmodum & Epylepsiæ.

e de phleb. 19.
f 3. de locis affect. c. 7.
g 4. De causis pul. c. 21.

Vnde iterum probatur in locis pro Revulsione exquisita ab Hippocrate, ac Galeno adductis, non excipiendos Carbunculos, Bubonesque, iis enim cùm urgentiores sint, alia cura succcurrere cogimur.

Puede aver excepcion, que se dexe sangrar de partes inferiores aviendo Carbunco, o Landre en las superiores, quã 28

 do ay

do ay retencion de almorranas, y delos meses en las mugeres, ò se a suspendido la purgacion de el parto.

In morbo, de quo dubito, an alius sit ita præceps, ut satis, superque exagerat discursus Auctor, non laudandum consilium forsam pro sanitate h tuenda, etsi in Methodo Galeni ętate euchimis corporibus, nostris verò ob voracitatem cachomis suspectum, jam verò tritum est, non solum in i Angina, phrenitide, pleuritideque verum & in febribus continentibus, continuisque, etiam si menstrua fluant, brachii venas scindere, neque sine methodo, K indicatione à Positu sumpta, de qua sic Galenus; At à situ, indicationeque, ipsa negligenda est, nam per quæ evacuare oportet, aut quomodo id affectus locus commonstrat. Præter hæc ii, qui eleganter hodie Medicinam faciunt, pro cura purgationis menstruæ retētæ prius brachiorum venas secant, quia sic sperāt exoneratam naturam à proportione majoris inæqualitatis sui muneris non oblitam, facilius se se exoneraturam, unde cui præcepto nitatur, hæc praxis dubito. Non pauca tamen Legislatoris more dicit.

h 4 sanit. tuē.
i 9. Meth. c. 4.
K 2. ad Gl. c. 2.

29 *Fuera de estos casos se a de seguir la comun, la qual favorece grandemente Hippocrates en dos lugares, &c.*

Affert Hippocratis sententiam adversum se; qua jubet l Hippocrates, revellere, si quo non oportet, vergat, sin autem quo oportet, aperire, quō singula vergunt, hæc cohærere inter se, non posse, quis nō videt? quarū duarum sententiarum distinctarum duplex est sensus, ut ab ultima incipiamus natura quādoque criticè, rectèque movetur, diminutè tamen (sunt etenim multæ crisis differentiæ, seu acceptiones) cùmque sic se habet, quo ducit, eò ducere oportet, quòd perpendenti vigesimum primum aphorismum primæ sectionis patefit, in cujus Commentario sic ait Galenus; Quænam illa fuerint, quæ ducere oportet, quæ videlicet, neque jupicentur, neq; integrè sint judicata, quæ sententia est ipsissima cùm hac secunda; Primæ verò sensus est: quandoque Natura non rectè operatur, sibique damna cece inducit, non aliter, ac illi, qui ira, vel dementia perciti sibi mortem infligunt, tuncque revellere, quia quo nō oportet vergit, hæc cum incompatibilia sint Naturæ, & Medico ejus ministro erunt.

l 6 Epid. cirat.

30 *El mesmo Galeno dize, que el Methodo de curar, que el nos a enseñado puede tener mas perfeccion poniendo cuydado, y diligencia.*

Ad calcem discursus accedens cùm hæc vidissem, iterum, iterumque legi, potius somnium, vel oscitationē meā credēs, quā qui tantùm sibi arrogasset Galenum talia fassum; suspitionē igitur hac illectus, ipsoque m consulto; contrarium exarasse; ut cuivis Grammatico patere poterit, inveni ait sic: Neque enim seu plane ea non esset inventa, sed veluti quæ proximè diximus, desideret ad hoc conscribendā venimus, nemine priorum, qui eam methodum absolverit, ante me invento; hæc Galenus. At verò Musa argumento ad citatum Caput (quod prius legendum erat) sic medendi Methodum primum ab Hippacrate inventam, deinde à Galeno declarajam, ac absolutam fuisse.

m 9. Meth. 8.

LAVS DEO OPTIMO MAXIMO.

En Sevilla con Licēcia impresso enla Imprenta de Clemente Hidalgo: Año 1602.